UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Perpetuo ep[iscop]o. Cap[itulum]. xxxviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

res ſue a comite ſiſinnio martyrizate fuerunt:
cū eēt ceteris iunior die tertio de carcere edu-
citur: in quo recluſa detinebat. Quā comes nu-
datā iuſſit ad lupanar duci: vt oib⁹ pſtitueret.
Cum aūt duceret: apparuerūt miniſtris duo an-
geli duoꝝ militū quos illi cognoſcebant facies
pretēdentes: mādantes ſatellitib⁹ ex parte co-
mitis: vt hyrenē ad lupanar nō inferrēt: ſed eā
ad talis mōtis cacumē deducerēt. Qđ dum illi
pfeciſſent: ⁊ hec comes q̇ nihil de hoc illis man-
dauerat didiciſſet: iratus iſta magie deputans
ad montē illū aſcēdit. Et tota die gyrans ſupci-
lium ⁊ hyrenē quidē aſpiciēs: ſed ad eā pertin-
gere nō valens: arcum tetēdit: ⁊ ſagitta directa
ipam in corde pcuſſit. Cuius etiā corpus iuxta
ſorores ſuas anaſtaſia ſepeliuit non. aprilis.

De ſancto Sixto primo papa et
martyre. Cap. xxxiiij.

SIxtus papa huius
nois pmus natione romanus ex
patre paſtore de regione via lati-
na: alexādro pmo pape in epatu
ſucceſſit: ⁊ ſedit annos. x. mēſes
iiij. dies. xxi. Hic cōſtituit vt pfatione complera
chorus hymnū angelicū decātaret: ſcʒ ſanctus
ſctūs ſctūs dn̄s deus ſabaoth ⁊c. Et myſteria ſa-
cra nō tāgerent: niſi a miſtris altaꝝ. Cōſtituit
etiā vt corpale nō fieret ex ſyrico nec pāno tin-
cto: ſed de puriſſimo lino cōtexto: quia corp⁹ do-
minicū in ſyndone alba ⁊ mūda inuolutuʒ fuit.
Et vt mulier vaſa ſacrata altaris: nec pallas au-
deret cōtingere. Inſup cōſtituit vt quiſq̧s epi-
ſcoporum ad ſedē apoſtolicā vocatus eſſet: re-
diens ad eccleſiā ſuā niſi cum lr̄is papalib⁹ nō
ſuſciperetur. Qui etiā ſub adriano imperatore
martyrio coronatur: foras muros vrbis via que
apia nūcupat. viij. idus aprilis. Et ceſſauit epi-
ſcopatus dies duos. Et ſepultus eſt ppe altare
beati petri in ſepulchro in quo requieſcūt linus:
cletus: anacletus: ⁊ euariſtus. Et licʒ ſit tātoꝝ
martyrū altare tamē ſolius ſixti nūcupat. Hic
eñ ſeuiēte vbiq̧ perſecutiōe xpianis in gallia
poſcentib⁹ vt aliquē virū dirigeret: qui pene iā
fidei lucernā extinctā accēderet: miſit pegrinū
epm romanū pluribus ei aſſociatis: qui multis
ibidē cōuerſis martyrio coronat⁹ eſt: vt dicit in
eius paſſione. xvij. kalen. iunij.

De ſctō theodoro epo ancyrañ. Cap. xxxiiij.

THeodorus ancyra-
nus epus galatie fuit: vir clare
ſapientie ⁊ ſanctitatis inſignis.
Hic aduerſus neſtoriū redargu-
tionis ⁊ cōfutationis edidit li-
brum veritatis catholice prote-
ctorem: arte dialectica ordinatū: multis vtens
aſſertionib⁹ anteq̄ ſcripturarū poneret teſtimo-
niū. Quieuit aūt in dn̄o. viij. idus aprilis: vt ait
gemnadius libro de illuſtribus.

De ſancto Theodoro presbytero et con-
feſſore. Cap. xxxv.

THeodorus antioche-
ne eccleſie presbyter vir moꝝ hone-
ſtate ɔſpicuus: ſciētia clarus: ⁊ lin-
gua diſertus: aduerſus apollinari-
ſtas ⁊ anomeos. xv. de incarnatione dn̄i compo-
ſuit libros. Claruit q̧ theodoſij pmi imperato-
ris tēporib⁹. Hec gemnadius vbi ſupra.

De ſctō Egeſippo cōfeſſore. Cap. xxxvi.

EGeſippus gente iu-
deus: ſed ad chriſti fidē cōuerſus
vir ſanctiſſimus: ſub adriano ⁊ an-
tonio principib⁹ floruit: viciniſq̧
apoſtolorū tēporib⁹ fuit. Qui tra-
ditionem apoſtolice predicationis: et omnium
eccleſiaſticorum actuum a paſſione dominivſq̧
ad ſuam etatem: texuit hyſtorias: vt quorum vi-
tam ſectabatur dicendi quoq̧ exprimeret cha-
racterem: multaq̧ ad vtilitateʒ credentiū hinc
inde congregans quinq̧ libros compoſuit. Iu-
daicam etiam hyſtoriam a mathathia ſumens
exordium vſq̧ ad belli iudaici ſub Veſpaſiano
et Tito initi finem: eleganti ſermone digeſſit.
Aduerſum idola diſputās quo pmo errore cre-
uiſſent hyſtoriam edidit: cōmentariorū librum
compoſuit. Aſſerit ſe veniſſe ſub aniceto romā
et vſq̧ ad eleutherium perſeueraſſe: qui dicti
aniceti fuerat diaconus: vbi et diem vite clau-
ſit extremum. vij. idus aprilis. Hec Hieronym⁹
libro de illuſtribus.

De ſancto Dionyſio epiſcopo corin-
thiorum. Cap. xxxvij.

DIonyſius epiſco-
pus corinthiorum temporibus
marci antonij ⁊ lucij aurelij cō-
modi imperatorum floruit. Cu-
ius eruditione et gratia quā ha-
buit in verbo dei: multi fruūtur
vſq̧ hodie. Multas enim texuit epiſtolas chri-
ſtiane fidei rudimenta continentes. Hui⁹ enim
doctrina: non ſolum proficiebat populis quos
regendos ſuſceperat: ſed etiam procul poſitis:
quibus per ſuas epiſtolas ſe preſentem redde-
bat. Extant nempe eius ad lacedemones ſcri-
pta. Item ad athenieñ. Item ad nicomedeñ.
Item ad cortineñ. et ceteras crete eccleſias.
Scribit etiam eccleſie amadrine ceteriſq̧ pon-
ti eccleſijs. Item ad gnoſites et phinitū coruʒ
epiſcopum. Ad ſotherum etiā romanū epiſco-
pū direxit epiſtolā. Scripſit et ad chryſopho-
ram ſanctam feminam vnam. Dormit corinthi
quieſcens in pace ſexto idus aprilis. Hec Hie-
ronymus vbi ſupra.

De ſctō Perpetuo epo. Cap. xxxviij.

Perpetuus epūs turonēſi. admirande ſanctitatis vir extitit. Cuius opere tēplū ſuper corpus ſancti Martini epī perfectum eſt. Eiuſq; ſacra membra de loco vbi fuerant primitus tumulata ad locū vbi nunc venerātur cōdigne tranſlata ſunt. Huius depoſitionis dies recolitur. vi. idus aprilis: vt in martylogio ſcribitur vſuardi ⁊ adonis.

¶ De ſancto Procoro diacono ⁊ martyre. Cap. xxxix.

Procorus diaconus ⁊ martyr de. vij. primis q̄ ab apoſtolis electi ſunt: vt dicit. Actuū vi. vir fide ⁊ miraculis preclariſſimus apud antiochiam paſſus eſt: vt dicit hieronymus in martylogio. Hic vt ipſemet de ſe ſcripſit nepos fuit ſancti ſtephani prothomartyris ⁊ comes iohannis euangeliſte cum ad predicandū miſſus fuiſſet in aſiā: cum quo multo tēpore manēs factus eſt epūs nicomedie bithynie: vbi poſt multorū conuerſionē ab eodem apoſtolo miſſus eſt antiochiam ad predicandum: vbi martyrio coronatus vitā finiuit. v. idus aprilis: ibiq; in pace quieſcit.

¶ De ſanctis ſeptem virginibus ⁊ martyribus. Cap. xl.

Septē virgines ⁊ martyres ſacratiſſime apud ſirinium ciuitatem martyrium paſſi ſunt. Que dato ſimul precio ſanguis vitā mercate ſunt eternā. v. idus aprilis: vt ſcribit ado.

¶ De ſancto Ezechiele pphēta. Cap. xli.

Ezechiel propheta terti⁹ ex q̄tuor maiorib⁹ qui eccleſiaſtici. xlix. capitu. inter ſanctos priſci temporis expreſſe commemoratur: fuit oriundus de terra ciſore filius buzi: ſacerdos ⁊ ipſe ſicut hieremias de genere ſacerdotū. Hic in babylonem ductus eſt cum ioachim rege iuda ⁊ mardocheo a nabuchodonoſor rege poſtq̄ daniel ⁊ ſocij eius tres pueri iam tranſlati fuerant. Habitauitq; Ezechiel iuxta fluuium chobar: qui in anno. xxx. etatis ſue in quinto anno tranſmigrationis ioachim in quarto menſe in quinta die exoſus eſt prophetare ad concaptiuos. ¶ Eodem autem tempore prophetauit quo et hieremias: licet hic poſterior: et ille in iudea: hic in chaldea. Cauſa autem eius pphētie fuit hec. Legerāt enim iudei in epiſtola hieremie ſibi directa duraturam captiuitatem. lxx. annis. Et ideo flebant exilij prolongationem. Preterea murmurabant aduerſus dominū: q̄ fraudulenter eos de terra ſua eieciſſet. Dixerat enim per os hieremie prophete remanentes hieruſalē perituros: eis x̄o q̄ ſe traderēt ſeruo ſuo nabuchodonoſor bona pollicebatur. Nunc in contrariū res relapſa erat. Florebāt eñ qui remanſerāt: ⁊ ipſi iugo ſeruitutis premebātur. Erant quoq; inter eos: qui dicerent: quia dum ſeruierant militie celi bonis omnibus abundabāt: ex quo ceſſauerant perierent gladio fame ⁊ peſte. Adhuc prophetauit ezechiel euerſionem vrbi hieruſalem ⁊ templo dñi incendium imminere: et eos qui remanſerant in vrbe fame perituros et extra vrbem gladio: eos autem qui viui traherentur grauem paſſuros ſeruitutē: ipſos autē in pace quaſi libera ſeruitute māſuros. Ut aūt auctoritatem preberet ezechieli: dñs preoſtendit ei quaſdam viſiones ſimilitudines: ſcilicet hominis: leonis: vituli: ⁊ aquile. Non ſolum ad preſignandum euangeliſtas: ſed vt oſtenderet deum iſrael dominum eſſe totius creature per hec digniora omne animal creatum intelligēs. Homo eñ preeſt ceteris animātib⁹: aquila rex eſt auium: leo ferarum: bos iumentorum. Sub animalibus x̄o vidit rotam in medio rote: vt oſtenderet circūuolutionē omnium elementorū in domini eſſe poteſtate. Et ſuper hoc vidit firmamentum coloris ſaphirini: ⁊ ſuper firmamētum erat ſimilitudo throni: et ſuper thronum quaſi aſpectus hominis ⁊c. que in eius prophetia longa narratione ⁊ ſubtili viſione texuntur.

¶ Poſtq̄ autē hieruſalem deſtructa eſt ⁊ tēplū combuſtū: ⁊ iudei in captiuitatē babylonis cū ſedechia rege trāſlati: nūci⁹ venit ad ezechielē: in babylonē q̄ hec ei narrauit de quo nūcio ventu ro ipſe predixerat veſpere precedenti. Et tūc iudeis lamentantibus q̄ ſpes eorum periſſet: ⁊ q̄ omnino nūq̄ reſurgeret: prophetauit eis: q̄ dominus eos tolleret de omnibus gentibus ⁊ congregaret de terris: ⁊ reduceret ad terrā ſuam. Et preterea in cōſolationem gentis ſue predixit eis calamitates futuras circunſtantium nationum que eis aduerſate fuerant. ſ. filiorum amon: moab: edom: philiſtinorū: tyri: ſidonis: egypti: ⁊ ethiopie. ¶ Iſte propheta ſignum dedit populo in fluuio chobar: vt quādo deficeret: ſuſtinerent deſolationem terre ſue. Tuncq; ſperarent ad hieruſalē quando inūdaret. Cum autē conueniret plurima multitudo captiuorū ad fluuiū chobar: ⁊ chaldei rebellionem timerent irruerunt ſuper eos. Ipſe x̄o propheta precibus ſuis ſiſtens aquas fluminis ſuper aquas ambulans cū omni multitudine ad alteram ripam ſe recepit. Et quotquot eū preſumpſerunt ſeq̄ ſubmerſi ſunt. Et per orationē ſubito largā piſcium copiam eſurienti populo preſtitit ad veſcendū. Sepe quoq; multis deficientibus vitam reſtituit. ¶ Poſtea x̄o in chal-